

Simon, E. 1903. Descriptions d'arachnides nouveaux de Madagascar, faisant partie des collections du Muséum. Bull. Mus. hist. nat. Paris 9: 137.

**Phrynarachne clavigera**, nov. sp. — ♀ long. 3 millimètres.

Cephalothorax nigellus, vitta media paulo dilutiore et rufula, confusa et antice evanescente notatus, coriaceus, antice et in lateribus tuberculis parvis iniquis et inordinatis munitus, in medio levior sed linea minute tuberculata sectus, margine clypei tuberculis seriatis contiguis, aculeos clavatos gerentibus, munito. Oculi medii aream evidenter latiore[m] quam longiore[m] occupantes, antici posticis paulo majores. Oculi medii antici lateralibus minores et a lateralibus quam inter se vix remotiores. Abdomen paulo latius quam longius, antice late truncatum, utrinque et postice rotundum, opacum, fusco-testaceum, leviter et confuse fusco-variatum, pilis flavidis minutissimis conspersum et sigillis nigris, posticis magnis et ovatis, impressum. Pedes brevissimi, quatuor antici robustissimi, nigricantes sed leviter rufido-variati, tarsis fulvis, femoribus patellis tibiis metatarsisque tuberculis iniquis, fere inordinatis, spinas claviformes gerentibus, ornatis, tibiis aculeis inferioribus longis suberectis 2-2, ad basin singulariter elevatis, fulvis sed apice nigris, metatarsis aculeis similibus 3-3 subtus armatis, sed aculeis lateralibus carentibus. — Tamatave, Antongil.